inquit uestrum non potest intellegere utilita
tem temptationum quae fidelibus probandi causa
eueniunt. postulet a deo tribui sibi a domino sen
sum. quo dinoscere ualeat quanta pietate
pater castigat filios. quos aeterna hereditate
dignos efficere curauit. Et dabitur ei. Qui
dat omnibus affluenter. Nequis uidelicet suae
conscius fragilitatis. accipere se petentem posse
diffideret. Sed potius quisque recoleret. quia
desiderium pauperum exaudiuit dominus. Postu
let autem in fide nihil haesitans. Hoc est talem se
exhibeat bene uiuendo. qui dignus sit exaudiri
dum postulat. Qui enim meminit se domini nobis
temperasse praeceptis. merito desperet dominum suis
intendere precibus. Scriptum est enim. Qui obdu
rat aurem suam ne audiat legem: oratio eius erit